



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

[Capvt. I.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

FO: XXXVII.

EVANGELIVM SECUNDVM MARCVM.

NITIVM EVANGELII IESV

Christi filij dei, sicut scriptum est in propheticis: Ecce ego mitto nunciū meū ante faciem tuam, qui preparabit viā tuam ante te. Vox clamantis in deserto: Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Baptizabat Ioannes in deserto, prædis-
cans baptismū penitentiae in remissionē peccatorū. Et egredie-
bantur ad eū tota Iudæa regio, ac Hierosolymitæ, & baptizabā-
tur oēs ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua. Erat
autē Ioannes vestitus pilis camelī & zona pellicea circa lumbos
suos, vescebaturq; locustis ac melle sylvestri, & prædicabat, di-
cens: Venit is qui fortior est me post me, cuius non sum idoneus
ut procūbens soluam corrigiam calciamentorū eius. Ego qui
dem baptizauī vos aqua, ille vero baptizabit vos spiritu sancto.
Et factum est in diebus illis, venit Iesus a Nazareth galilææ, &
Baptizatus est a Ioāne in Iordane. Et statim cū ascēderet ex aqua
vidit diffindi cœlos, & spiritū quasi colubā descendētē super illū.
Et vox facta est de cœlis: Tu es ille fili⁹ me⁹ dilect⁹, in q̄ mihi be-
ne cōplacitū est. Et cōtinuo sp̄ritus illū expellit in desertū, & erat
illic in desertodies q̄draginta, & tentabā a satana, eratq; cū feris,
& angeli ministrabant illi. Postquā autē cōprehensus esset Ioan-
nes, venit Iesus in Galileā, prædicās euāgeliū regni dei, & dicens:
Impletū est tēpus, instatq; regnū dei, resipiscite & credite euā-
glio. Cūambularet autē iuxta mare Galilææ, vidit Simonem &

H

SECVNDVM.

Andrea fratrem eius, iacentes retia in mare, erat enim pescatores. Et dixit eis Iesus : Sequamini me, & faciam ut efficiamini pescatores hominum. Ac protinus relictis retibus suis, secuti sunt eum. Et progressus illinc pusillum, vidit Iacobum filium Zebedaei, & Ioannem fratrem eius, qui & ipsi in nauim recocinnabatur retia, statimque vocauit illos. Et illi relicto patre suo Zebedeo in nauim cum mercenariis, secuti sunt eum. Et ingrediuntur Capernaum, & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. Et stupebant super doctrinam eius. Erat enim docens eos tanquam auctoritate praeditus, & non sicut scribæ. Et erat in synagoga eorum homo obnoxius spiritui immundo, & exclamauit, dicens : Ah, Quid rei nobis tecum est Iesu Nazarenæ ? Venisti ad perdeniam nos ? Nouite qui sis, nimirum ille sanctus dei. Et in crepauit illum Iesus dicens : Obmutesc & exi ab homine. Et cum discipulis suis spiritus immundus, exclamassetque voce magna, exiit ab eo. Et obstupuerunt omnes, ita ut conquererent inter se, dicentes : Quid est hoc ? Quæ doctrina noua hæc ? quia cum auctoritate etiam spiritibus immundis imperat, & obedient ei ? Emanauit autem fama eius statim in totâ vndique regione Galilææ finitima. Et protinus e synagoga egressi, venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Socrus autem Simonis decubebat febricitans, & contumicidicunt ei de illa. Et accedens erexit eam, apprehensa manu eius, & reliquit eam febris illico, ac ministrabat eis. Vesperi vero, cum occidisset sol, afferebant ad eum oes male habentes, & qui a dæmoniis agitabantur. Et ciuitas tota congregata erat ad hostium, & sanauit multos qui ægrotabant varijs morbis, & dæmonia multa ejiciens.

MARCVM. Fo. XXXVIII.

bat: & nō sinebat loqui dæmonia, quod ipsum nossent, Et mane multa adhuc nocte cū surrexisset egressus est, & abiit Iesus in desertū locū, ibi q̄ orabat, & p̄secutus est eum Simon, & qui cū illo erant, & cū inuenissent eū, dicit ei: Oēs te querūt. Et ait illis: Eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem: In hoc em̄ egressus sum. Et prædicabat in synagogis eorū, & in tota Galilæa, & dæmonia ejsciebat. Et venit ad eū leprosus deprecans eū, ei q̄ ad genua accidens, ac dicens illi: Si vis potes me mundare. Iesus autē misertus, p̄tensa manu, tetigit illū, & dicit ei: Volo, mundus esto. Et cū dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est: Et comminatus ei, statim emisit illū, dicitq̄ ei: Vide ne cui quicq̄ dicas, sed abi te ipsum ostende principi sacerdotū, & offer p̄ emundatiōe tui, quæ præcepit Moses in testimoniu illis. At ille egressus cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonē, ita vt iam non posset Iesus manifeste introire in ciuitatē, sed foris in desertis locis erat, & veniebant ad eum vndiq̄s.

CAPVT. II.

T iterum intrauit Capernaū post dies aliquot, & audi-
cūtum est quod in domo esset, & protinus congrega-
ti sunt multi, adeo vt iam nō caperēt eos, nec illa loca
quæ erant circa ianuā, & loquebaēt eis sermonē. Et venient ad eū
ferentes paralyticū, qui a quatuor portabaēt: & cū nō possent ap-
propinquare illi p̄ turbā, nudauerunt tectū ædiū in quib⁹ erat,
profossoq̄ tecto funibus demittunt grabatū, in quo paralyticus
decubebat. Cum aut̄ vidisset Iesus fidē illorū, ait paralytico: Fili,
H̄ ij